Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



plequentibus uos benedicere et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus flere cum flentibus. Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes sed humilibus consentientes. ℟. Misit dominus verbum suum et sanauit eos et eripuit eos de interitu eorum. ℣. Confiteantur domino misericordie eius et mirabilia eius filiis hominum. Alla ℣. Laudate dominum omnes angeli eius laudate eum omnes virtutes eius. Euangelium. Nuptiae facte sunt. xliij. Off. Iubilate deo omnis terra psalmum dicite nomini eius venite audite et narrabo vobis omnes qui timetis dominum quanta fecit deus anime mee al. Secreta. Oblata domine munera sanctificata nos quesumus a pauperum nostrorum maculis emunda per. Com. Oriat domine in plenitudinem diuitias atque et fere archiepiscopo diu sustaliz archidiaconi atque unum fratrum dic sponso seruasti vinum bonum usque adhuc si fieri fecit ihesus primum coram discipulis suis. Complen. Auscultent inclinate domine quesumus tue iugiter oratio ut diuinis uesceri sacramentis ad eorum promissa capienda tuo munere preparentur per. Dominica iij. Omnis terra. Per totum Cantum. Omnipotens sempiterne deus respice in faciem christi tui et respice in misericordiam tuam propitius respice atque adprotegendum nos dexteram tue maiestatis extende per. Ad Romanos. Fratres. Nolite esse prudentes apud uosmetipsos nulli malum pro malo reddentes. Providentes bona non tantum coram deo sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest quantum ex uobis quod est cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uos metipsos defendentes carissimi sed date locum irae. Scriptum est enim. Mihi uindicta ego retribuam dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus ciba illum. Si sitit potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli uinci a malo sed uince in bono malum. Euangelium. Cum descendisset. Secreta. Hec hostia quesumus domine emundet nos delicta et ad sacrificium celebrandum subditos tibi corpora mentesque sanctificet per. Compl. Quos tantis domine largiris uiuificare